

2588.

1326 d. 1 Nov.

Riddaren **KNUT PORSE** qvitterar 200 mark silfver, Kölnisk vigt, som Borgaren i Stockholm **Johannes de Elten** och Borgaren i Lybeck **Johannes Grothen** å Riddarne **Lars Ulfssons** och **Magnus Nilssons** vägnar betalt till en hans fordringsägare i Lybeck, Borgaren **Thidekomus de Gustrow**, och förklarar Hertiginnan, Svenska Rådet och riket fria från vidare kraf på dessa 200 mark silfver. (Jfr. N. 2555).

L. Sparre. Saml. afskr. i K. Riks-Arch. Sign. J. 6. fol. 202.

In nomine Domini Amen, Ego **CANUTUS PORSE** miles, recognosco et protestor hoc scripto, quod **Johannes de elthen Burgensis** in Stocholmis, et **Johannes grothen Ciuis** in lubeke ex parte dominorum, **Laurencij olaesson [o: Vlphsson]** et **Magni Nikelsson militum**, honestorum de Svecia soluerunt in Ciuitate Lubeke, ducentas marchas puri argenti ponderis Coloniensis, discreto viro **Thidekomus [o: — mo?]** de **Gustrowe Civi Lubecensis [o: — si]**, meo nomine, quas eidem in solucionem aliqualem debitorum, quibus ipsi obligor, assignaui, vnde dominam inclitam ducissam Svecie, et venerandos Dominos consiliarios vniuersos Regni Svecie et ipsum Regnum, cum omnibus quorum nunc interest aut interit [o: intererit] in futurum de his ducentis marchis puri argenti dimitto in perpetuum quittos liberos, et solutos, Et si **Johannes de elthen**, et **Johannes grothe** suprascripti se vnquam obligauerunt, pro hac summa argenti mihi persoluenda, Rogo diligenter quod de hoc dimittantur soluti, Nam hoc argentum in parata pecunia, mihi tam gratanter, et honeste est solutum ab ipsis, quod me bene pagatum teneo, et contentum. In testimonium premissorum sigillo meo feci et uisi [o: vidi?] presentes litteras roborari. Datum Anno Domini M. CCC. vicesimo sexto, in festo omnium sanctorum.

Sigillet har, enligt teckningen, varit borta.

2589.

1326 d. 4 Nov.

HOLMGER MAGNUSSON gifver, för sin och sin hustrus själ, allt det han äger i Skog till Nydala kloster, med förbehåll, att klostrets Abbot **Nils**, till sin död, skall uppbära inkomsten af nämnda gods, hvarefter de tillfalla klostret.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus, **HOLMGERUS MAGNUSSON**, salutem in eo qui est salus omnium et saluator, Constare volo omnibus euidenter, tam posteris quam modernis, quod omnia que possideo in skoghe, intra sepes et extra, in domibus, agris, pratis, siluis, pascuis pecorum et piscacionibus, prope et remote, confero claustro nouewallis, pro anima mea, et pro anima dilecte vxoris mee **Ingiburghis** pie memorie, iure perpetuo possidenda, deliberacione ista adhibita, quod venerabilis pater, dominus **nicholaus abbas**